



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. IV. Vtrum assumptio humanæ naturæ ad personam Verbi Divini, sit
una eademque realiter actio cum creatione animæ, & productione
humanitatis Christi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

exemplo relationis quam materia dicit ad formam, & forma ad materiam: illi enim Philosophi qui non admittunt modum substantialem unionis inter materiam & formam, dicunt fundamentum remotum hujus relationis esse actionem unitivam generantis, per quam forma communicatur materiae, & ipsi unitur; fundamentum verò proximum esse ipsam unionem passivam, quæ nihil aliud est quam sustentatio formæ, & informatio materiæ. Vel ut alii volunt, fundamentum proximum hujus relationis est unitas compositi ad cuius constitutionem materia & forma uniuntur. Idem proportionaliter dicendum est de relatione quæ resultat in humanitate Christi in ordine ad Verbum Divinum, eam scilicet fundari remotione in actione unitiva Dei, proximè verò in terminatione vel assumptione passiva humanitatis; vel ut alii volunt, in unitate personali Christi, in quo natura divina & humana conveniunt. Quod ut magis illustretur.

72. Adver eodum est, hanc relationem, cum sit altioris ordinis, assimilari partim relationibus primi generis, quæ fundantur in unitate & numero; partim relationibus secundi generis, quæ fundantur in actione & passione. Ex hac ergo parte quæ illa relatio est similis relationibus primi generis, fundatur in unitate personali Christi; ex alia verò quæ assimilatur relationibus secundi generis, fundatur in actione unitiva Dei, & in terminatione seu assumptione passiva humanitatis; talis enim terminatio, seu assumptio, est veluti quædam passio, non formaliter, sed virtualiter: sicut & ipsa actio unitiva Dei, non est formaliter, sed tantum virtualiter transiens.

73. Objiciens tertio: Humanitas Christi prius prioritate naturæ quam referretur ad Verbum Divinum, per sui assumptionem immutata fuit: Sed hoc salvari nequit, nisi admittatur in humanitate modus substantialis unionis per quem formaliter conjungatur Verbo Divino: Ergo talis modus necessarius admittendus est. Major videtur certa in doctrina D. Thomæ, qui variis in locis docet relationem prædicamentalem quæ humanitas consequenter ad sui assumptionem referretur ad Verbum Divinum, causari ex mutatione non ipsius Verbi, sed humanitatis quæ ad illud assumitur. Minor verò suadetur. Non videtur posse salvari quod aliqua natura priusquam referatur ad aliud, immutetur, nisi antecedenter ad ejusmodi relationem, vel aliquid de novo in se recipiat, vel aliquid ex iis quæ habebat prius, prioritate saltem naturæ, deperdat: Ergo cum humanitas Christi in sui assumptione ad Divinum Verbum, nihil amiserit quod haberet prius, prioritate etiam naturæ, ut salvetur per talem assumptionem immutata fuisse, necesse est fateri aliquid in ea fuisse receptum antecedenter ad sui relationem ad Verbum, quod non potest esse aliud quam modus substantialis unionis.

74. Respondeo distinguendo Majorem: Humanitas Christi prius prioritate naturæ quam referretur ad Verbum, per sui assumptionem immutata fuit, mutatione propriâ & rigorosâ, nego: mutatione impropiâ & largè sumptâ, concedo; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam.

Explicatur solutio: In mysterio Incarnationis natura humana non mutatur propriâ & rigorosâ mutatione, Primò quia ad mutationem propriam & rigorosam necessarium est ut res quæ dicitur mutata, ante receptionem ejus ratione cujus mu-

tata dicitur, præexistat: humanitas autem Christi non præexistit antequam terminaretur per personam divinam, cum eodem instanti profecta sit & assumpta à Verbo, ut dicemus articulo sequenti. Secundò, quia terminatio non est propria receptio alicujus formæ, quæ tamen ad rigorosam mutationem requiritur. Si autem loquamur de mutatione largè & impropiè sumptâ, concedi potest humanitatem Christi mutatam esse; quæ mutatio consistit in hoc quod cum haberet naturalem inclinationem ad propriam substantiam, terminata fuit per alienam, scilicet divinam. Potestque hæc solutio & doctrina illustrari ex opinione probabili, quæ nullum inter materiam & formam modum unionis admittit, ut jam supra hanc sententiam, ut anima rationalis, de non unita corpori, fiat ipsi unita, & ad illud ut ad suam partem referatur, nõ requiritur quod mutetur mutatione propriâ & rigorosâ sed sufficit mutatio quædam impropiâ & largè sumptâ, nimirum extrinseca quædam connotatio, quæ connotet materiam ut potentiam recipientem, quam antea non connotabat. Cur ergo pariter idem dici non poterit de humanitate assumptâ à Verbo, eam scilicet priusquam referatur ad Verbum, non debere immutari mutatione propriâ & rigorosa, modum substantialem unionis recipiendo, sed sufficere mutationem largam & impropiam, quæ ex actione unitiva Dei, & passiva Verbi Divini terminatione ipsi advenit?

ARTICULUS IV.

Utrum assumptio humanæ naturæ ad personam Verbi Divini, sit una eademque realiter actio cum creatione animæ, & productione humanitatis Christi?

Non procedit difficultas ista de assumptione humanæ naturæ activè sumptæ, prout se tenet ex parte Dei assumentis, certissimum enim est, quod cum in sententia D. Thomæ, omnia operetur Deus per unam eademque realiter actionem, formaliter immanentem, & virtualiter transentem, eadem entitativè actio fuit per quam Deus animam Christi creavit, ejus humanitatem produxit, & ad personalitatem sui Verbi eam assumpsit, sed de assumptione humanæ naturæ passivè sumptæ, prout se tenet ex parte ipsius termini, nempe animæ Christi, & ejus humanitatis. Hoc præmissis.

In hujus difficultatis resolutione est quorundam modernorum sententia, adherens unam & eandem actionem realiter esse simul creationem animæ Christi, productionem, & assumptionem humanitatis eius, sub quadam eminenti ratione: sicut anima rationalis sub eminenti quadam ratione est simul vegetativa, sensitiva & rationalis. Ita Cabreria hinc art. 11. disp. 2. & quidam alii moderni. Oppositum docent alii Thomistæ, existimantes creationem animæ Christi, generationem ipsius humanitatis, & ejus assumptionem ad personam Verbi Divini, esse tres actiones realiter inter se distinctas, quam sententiam, ut probabiliorem, & in schola D. Thomæ communiorē elegens,

Dico, tres illas actiones realiter inter se distinguui.

Probaturs primò conclusio ratione fundamentali

Distinctio realis & specifica actionum desu-
nitur ex distinctioe specificae terminorum, ut
docet D. Thomas 1. p. quaest. 77. art. 3. Sed as-
sumptio, productio humanitatis, & creatio ani-
mae Christi, habent distinctos terminos: Ergo
sunt actiones speciei & realiter distinctae. Major
patet, Minor probatur. Terminus formalis crea-
tionis est ipsa anima, quae ex nihilo educitur; termi-
nus formalis generationis est ipsa humanitas, seu
formalis generatio est ipsa humanitas, seu
formalis assumptio, quae absolute sumpta, & tandem termi-
nus formalis assumptio, seu actionis unitivae,
est substantia Verbi Divini, ut communicata na-
turae humanae, vel ipsa humanitas, ut terminata
personalitate Verbi, de quo articulo sequenti: Sed
videns est illos terminos inter se realiter distin-
guere, distinctioe saltem includentis & inclusi; hu-
manitas enim importat aliquid praeter animam ra-
tionalem, & similiter substantia communicata
humanitati, includit aliquid quod non importat
ipsa humanitas, scilicet personalitatem increatam
Verbi: Ergo &c.

Dices, illa omnia attingi sub una ratione supe-
riori, ad quam diversitas assignata se habet ma-
terialiter, & consequenter non exigere distinctas
actiones.

Sed contra: Si illa omnia sub una ratione at-
tingerentur per unam actionem, maxime quia
ordinantur ad unam personam constituendam;
Sed hoc non sufficit, alias anima rationalis sem-
per produceretur per eandem actionem simul cum
humanitate, quae esset eminenter creatio & ge-
neratio; quia frustra fierent per plura, quae
pollent fieri per pauciora; & juxta hanc respon-
sionem, anima rationalis & humanitas attingi
pollent per eandem actionem, in quantum ordi-
nantur ad unum suppositum humanum con-
stituendum: Sed hoc est contra communem Phi-
losophorum & Theologorum sententiam: Ergo
&c. illud.

Probat secundum conclusio: Actio unitiva hu-
manitatis cum persona Verbi, est altioris ordinis
quam sit actio productiva ejusdem humanitatis,
& creativa animae rationalis: Ergo distinguitur rea-
liter ab illis. Consequentia patet, Antecedens pro-
batur. Actio unitiva pertinet ad ordinem super-
naturalem & hypostaticum, actio vero producti-
va & creativa, sunt ordinis pure naturalis: unde B.
Virgo concurret per modum causae principalis ad
productionem humanitatis Christi, ad unionem
vero hypostaticam non concurret per modum cau-
sae principalis, imò nec etiam in ratione causae in-
strumentalis, ut infra dicemus: Ergo actio unitiva
humanitatis cum persona Verbi, est altioris ordi-
nis, quam sit actio productiva ejusdem humanita-
tis, & creativa animae rationalis.

Confirmatur: Actio creativa realiter distinguitur
ab actione quae non est creatio: Sed productio
animae rationalis Christi, fuit vera actio creativa,
imò ex nihilo, imò ejusdem rationis cum actio-
ne creativa animae nostrae, ut docet S. Thomas in
1. quaest. 6. art. 3. assumptio vero non fuit actio
creativa, quia non fuit ex nihilo, sed ex praesuppo-
sito subjecto, scilicet ex humanitate, quae ex non u-
nitate facta fuit per illam actionem unita Verbo: Ergo
creatio animae Christi fuit actio realiter distin-
cta ab ipsa assumptione.

Quod vero etiam totius humanitatis produ-
ctio, fuerit actio ab ejus assumptione distincta,
hac ratione suaderi potest. Quod praesupponitur
assumptioni, ab ea distinguitur: Sed productio

humanitatis, ejus assumptioni praesupponitur,
saltem prioritate naturae, ut enim ait S. Thomas
infra quaest. 4. art. 2. & 3. id quod assumitur, prin-
telligi debet assumptioni, cujus ratio est, quia as-
sumptio est alicujus ad se sumptio: Ergo productio
humanitatis, ab ejus assumptione distinguitur.

Objicies primo quaedam SS. Patrum testimo-
nia, quae videntur adversari nostrae sententiae; nam
D. Leo Papa Epist. 11. ad Julian. sic ait: *Natura
nostra non sic assumpta est, ut prius creata, postea
assumeretur; sed ut ipsa assumptione crearetur.* Ful-
gentius de fide ad Petrum cap. 18. dicit ipsum *Ver-
bum Deum, sua carnis acceptione conceptum.* Simi-
lia habet Fulgentius lib. de incarnatione & gratia
cap. 3. dicens, *Ipsa quippe acceptio carnis fuit con-
ceptio virginalis.*

Respondeo illos SS. Patres iis locis nihil aliud
velle docere, quam hujusmodi actionum conco-
mitantiam: quamvis enim tres illae actiones sint
distinctae, omnes tamen fuerunt in eodem instan-
ti tempore; imò quia actio creativa animae Chri-
sti, & productio humanitatis, dependent & com-
plentur ab assumptione, modo inferius explican-
do, quatenus dant totum esse essentiae, assumptio
vero ponit esse & subsistere in ipsarum termino,
deò dicunt SS. Patres, carnem Christi fuisse pro-
ductam per assumptionem.

Objicies secundo: Creatio animae Christi, sicut
& productio humanitatis, est actio per quam ani-
ma, sive humanitas, accipit esse: Sed anima Chri-
sti accipit esse per assumptionem, sicut & ejus hu-
manitas: Ergo creatio animae Christi, & humani-
tatis ejus productio, non sunt diversae actiones ab
illius assumptione, seu unionem ad Verbum. Major
patet, nam sicut creati & produci, est accipere esse;
ita creatio & productio, est actio per quam da-
tur esse. Minor vero probatur: Anima Christi, &
ejus humanitas, non habent aliud esse quam divi-
num, ut art. 6. ostendimus: Sed hoc acceperunt
per assumptionem: Ergo &c.

Respondeo negando Majorem, ad cujus proba-
tionem, distingo Antecedens: creati, sicut & pro-
duci, est accipere esse, sive formaliter, sive conco-
mitanter, concedo: semper formaliter, loquendo
de esse existentiae, nego.

Explicatur solutio: Creatio, sicut & genera-
tio, habet duplicem terminum, unum primum,
qui est essentia; & alium secundarium, qui est exi-
stentia; & licet quando creatio est completa, &
nullo modo impedita, & res quae producitur, re-
linquitur in suo naturali modo, attingat utrum-
que terminum; quando tamen creatio impedi-
tur, & manet incompleta, accipiens comple-
mentum ab alia actione simultanea, non est ne-
cesse quod attingat formaliter existentiam, quia
(ut dixi) est terminus solum secundarius ipsius
creationis: hoc autem contingit in praesenti, licet
enim creatio animae Christi, naturam suam utrumque
terminum attingisset, tamen de facto non attingit,
quia Verbum Divinum ad suum esse illam ani-
mam traxit, ac per consequens fuit impedita pro-
pria existentia.

Quod diximus de existentia, debet applicari
substantiae: licet enim creatio habeat, quantum
est de se, terminari ad rem substantentem, non est
tamen necessarium, quod ipsam substantentiam
semper attingat: nam cum substantentia non ha-
beat rationem termini primarii, sed tantum se-
cundarii creationis, potest impedi ipsa creatio
ne illam attingat, maxime quando loco ipsius
substantentiae.

in
face

subsistentiæ, quæ deberet esse terminus secundarius creationis, ponitur ipsa recreata, alia subsistentia, ut contingit in præsentia.

86. Objicies tertio: Si humanitas Christi non esset producta ex vicejdem actionis quæ est unita Verbo: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Sequela Majoris patet, nam quando productio & assumptio alicujus rei sunt actiones realiter distinctæ, semper productio naturæ est prior assumptione. Minor verò probatur: Si Christi humanitas prius naturæ esset producta, quàm unita Verbo, sequeretur B. Virginem non esse propriè matrem Dei, quia ejus conceptio seu generatio, ad solam humanitatem completè terminaretur, prius naturæ quàm assumptur à Verbo, illique personaliter uniretur. Potestque hæc ratio hoc exemplo illustrari & confirmari. Si igitur produceret calorem, & aliud agens illum uniret subjecto, talis ignis diceretur quidem producere calorem, sed non facere calidum: Ergo si hæc fuit actio humanitatis productiva, scilicet generatio, & alia unitiva, scilicet assumptio, B. Virgo, quæ solùm concurrit ad productionem humanitatis, generavit quidem hominem, sed non ipsum Christum, ex divina & humana natura compositum, subindeque mater humanitatis, non autem Christi, & multò minus ipsius Dei, dici debet.

87. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, ad cujus probationem, negatur sequela, & ad ejus probationem, in primis dici potest cum S. Thoma in 2.ª quæst. 32. art. 4. mulierem non idèd generare filium, quòd eliciat actionem generativam, sed quia ministrat materiam ex qua, virtute activa seminis virilis, formatur corpus, & producitur natura subsistens: unde ut B. Virgo dicatur & verè sit mater Christi, sufficit quòd ministraverit materiam ad formationem humanitatis ejus, quamvis nullum habuerit còcursum activum circa illam, & multò minus circa unionem personalitatis Verbi cum natura humana, ad quam ne instrumentaliter quòd concurrit, ut infra ostendemus.

Si quis autem sequi velit sententiam Medicorum, existimantium mulierem non solùm passivè, sed etiam activè, ad generationem, seu formationem fœtus concurrere, subindeque ad productionem naturæ subsistentis, respondere poterit cum Nazario hic, quòd ut B. Virgo dicatur concepisse & genuisse Deum, non requiritur quòd ejus actio fuerit unitiva humanitatis Christi ad suppositum Verbi Divini, sed sufficit quòd Christi humanitas in eodem instanti fuerit ad unitatem Verbi personalem assumpta, in quo ejusdem humanitatis conceptio fuit; quia tunc suppositum Verbi Divini censetur ultimariè complere & determinare actionem generativam B. Virginis, cum illud præster personalitas Verbi Divini, seclusis imperfectionibus, quòd fecisset propria & connaturalis subsistentia humanitatis, si resisteret.

88. Ad exemplum verò de igne dicendum quòd si actio ignis esset de se unitiva caloris cum aliquo subjecto, licèt virtute divinà substitueretur aliud, talis ignis diceretur facere calidum, non verò si talis actio non esset unitiva caloris cum aliquo subjecto. Unde cum generatio, quæ B. Virgo formavit Christi humanitatem, ex natura sua esset actio unitiva talis humanitatis cum supposito connaturali, quamvis virtute divinà, per aliam actionem positum sit & substitutum suppositum Verbi Divini, potest nihilominus Beatissima Virgo verè dici genuisse Christum, sive Deum & hominem simul.

ARTICULUS V.

Quisnam sit terminus totalis, & formalis actionis unitivæ Dei, seu assumptionis humanitatis ad Verbum?

Supponimus ex Philosophia posse dari aliam actionem, seu qui, & aliam formalem, seu quo. Testis est ille qui adæquarè correspondet actioni, & ipsam sic terminat: formalis verò est ipsa ratio seu forma à qua affectus habet esse, v.g. in generatione substantiali, terminus qui, seu totalis, est suppositum, seu compositum ex natura & substantia; terminus verò quo, seu formalis, est forma ipsa substantialis, quæ compositum habet esse. Hoc præmissis.

Circa terminum qui sive totalem actionis unitivæ Dei, seu assumptionis humanitatis ad Verbum, nulla est inter Theologos controversia, omnes enim unanimiter docent, talem terminum esse Christum, seu personam compositam ex divina & humana natura. Sed de ejus termino quo, seu formali, varia sunt Authorum placita. Summa enim hic disp. 9. sect. 3. asserit terminum formalem hujus actionis esse modum substantialem unionis, quo Verbum Divinum humanitatis assumptæ copulari existimat. Vazquez hic disp. 135. cap. 2. vult naturam humanam esse terminum formalem hujus actionis. Alii cum Gabriel in 2.ª dist. 1. art. 1. censent illius actionis terminum esse qualitatem quandam supernaturalem in natura humana productam, quam gratiam unionis appellant. Thomista verò, excepto Atavio, docent actionem unitivam habere pro termino formali personalitatem Verbi, ut connotat naturam humanam, cui dat esse subsistentem.

§. I.

Statuitur vera sententia.

Dico primò: Terminus qui, sive totalis, assumptionis, seu actionis unitivæ Dei, est Christus, seu persona composita ex humana & divina natura. Ita communiter Theologi.

Probatur breviter: Terminus qui, sive totalis, actionis unitivæ duorum extremorum, est compositum ex illis resultans: Sed Christus est compositum ex actione unitiva humanitatis cum divinitate resultans: Ergo est terminus qui, sive totalis, assumptionis, seu actionis unitivæ Dei. Minor constat ex dictis art. 2. hujus disputationis. Major verò inductione manifestari potest, in omnibus aliis actionibus unitivis, præcipuè generatione & resurrectione hominis, in quibus terminus qui, sive totalis, est ipsum compositum ex partibus unitis, vel reunitis resultans. Ex ratio est, quia per tales actiones, id quòd per se intenditur, non est nisi compositum, ex unione extremorum conurgens.

Dico secundo: quamvis daretur modus aliquis substantialis unionis, quo humanitas jungeretur formaliter Verbo Divino, ille non esset terminus formalis assumptionis, seu actionis unitivæ Dei. Probatur: